67 Reverendissime idemque Illme Domine. Cum heri circiter
solis occasum Bredam venissemus et ex consiliarii nostri
Stephani Montani relatione intelleximus R. Vestram
pro sua singulari erga Religiosos affectu, Dno
Christophoro Alberto et bene velle, et ex praelatis officio
laborare, ut non solum quidquid dissidii inter Dominum
Abbatem et illum hactenus extitit, bene solideque
componatur, sed et ut idem Dominus Albertus eidem
dno Abbati modo decrepito et ob animi corporisque
vires languido futurus Coadiutor constituatur:
non potuimus intermittere quin R V nunciaremus
nobis quidem ea re nihil gratius iucundiusque
significari potuisse. Cumque et nos praedicto dno
Alberto non minus atque R.V. ex animo faveamus
et totius Abbatiae rebus quam optime consultum velimus,
etiam atque etiam oramus, ut R.V. in eiusmodi
erga Albertum benevolentia perseveret, et omnem
rem eo promoveat, ut is coadiutoris quibuscunque

1569. 6 Apr 2[illegible]

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV I/1, nr. 67
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/3626

sublatis, secundum Ill^mi domini Gubernatoris petitionem
ad administrationem bonorum conventus admittatis
nostra R. V. medio cum Traiectensium canonicis
additis, quod Deo favente brevi fiet, negotium
hoc totum absolvere ac perfectius nostra ad [illegible]
consilium deducere volumus. Optime valeat R. V.
sibi persuadeat se hoc faciendo nobis rem
gratissimam praestituram. Datae Bredae XX
Aprilis anno LXV.

[illegible] difficultates
[illegible]

Ad d. Fridericum Abbatem
Praepositum Traiectensem

Guilielmus Nassovius Arausicorum princeps
Burgundiorum Batavorum Gubernator

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV I/1, nr. 67
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/3626